



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Lvdovici Almeidae Ad Societatem Iesu, in Indiam & Europam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

SELECTARVM
 EPISTOLARVM EX INDIA
 LIBER QVARTVS.



LVDOVICI ALMEIDAE AD
 Societatem Iesu, in Indiam & Eu-
 ropam.

ET communis officij ratio, qua ad allo-
 quendos litteris amicos absentes impel-
 limur, & praecipuus animi fructus, quē
 vos percipere ex Iaponicarum rerum
 cognitione intelleximus, me hortatus
 est, ut cōfectum Dei beneficio iter Mea-
 cense, carissimi fratres, hac epistola
 vobis exponerem. Cum statisset Praefectus noster Cos-
 mus Turrianus, ut ego & Ludouicus Froius Meacum
 in consilio peteremus, ut ipse quidem maneret ibidem,
 & Gasparem Vilelam adiuuaret in opere, ego autem ut
 Ludouicum illuc vsque profecutus, quod ad spem pro-
 pagandae in ijs locis Christianae religionis attinet, com-
 pte atque explorata referrem omnia; Cochinoco Ri-
 uoni agri vico maritimo, quod his temporibus Cosmi
 Turriani domicilium est, ab ipso Cosmo non sine ma-
 gna beneuolentiae significatione faustisque precationi-
 bus ad nauem vsque deducti, solutis anchoris eo ipso die
 ad vr-

ad urbem Ximabaram secundo vento decurimus
 ibidem (ut est grex ille neophytorum eximio quatuor
 rerum diuinarum studio) vel concionum frequen-
 telorum qui ad CHRISTI fidem traducti sunt
 nere ac numero, bidui ferme operam adiuuante
 no sane quam praeclare posuimus. Cum iam hora
 etionis adesset, à neophydis parato nauigio ad
 deducti sumus. quidam etiam (ex quo facile homin-
 in nos amor eluceat) qui ad tempus adesse nequimus
 curriculo tendere ad naues, & aquis eodem imper-
 credere, ut nos iam in falo stantes, affari sibi
 loannes verò dynasta proprio nauigio nos longè
 prosequutus, cursum inde ad Barptolemæum regem
 tendit, qui paucis ante diebus Cosmo Turmano
 cem auream dono miserat cum epistola, in qua etiam
 ptum, se Crucis eius beneficio, quam secum tem-
 lisset, non modò magnis è periculis euasisse, verum
 multas ex hoste retulisse victorias. Id argumentum
 dei & amoris mittere se ad Cosmum, cyperum
 sibi vicissim ab eo remittissem, quòd Cosmum
 iore etiam apud se in honore futuram. Curam
 Joanni dynastæ Cosmus tradidit ferendam ad
 addita muneri ab Ludouico Froio nonnullæ
 Cui vos quoque Regi tam pio, tamque de Christi-
 religione bene merenti, fratres carissimi, felices
 rum cunctis ab immortali DEO precamini. Iu-
 nim & Barptolemæum & Christianam religio-
 stes oppugnant. Ximabara igitur Tacaxim, qui
 sis Regni Rimanique est limes, aique inde
 terrestri decem ferme dierum itinere, non sine
 difficultate perreximus. nam præter vim frigoris
 bissimi, & confragosa aique inuisa loca, diu-
 iam imber calles ita lurulentos effecerat, ut
 ro prolapsi fuimus: cum interea defatigati
 bus ad efficiendas vires in diuersorjæ naturæ
 inhamis herbae folia præberentur. Curamus etiam
 Funatio millia passuum septem & viginti
 plo visendus, quod ibi Christianus quidam

eo pago noctis vnus demum quiete capta, Funaium
postero die peruenimus. Rex erat eo tempore Vosuqui.
Eum conuenire septimo post die placuit, deque suscep-
ta peregrinatione facere certiore. Ille vero nobis benig-
ne & comiter acceptis, litteras etiam ad amicos Meacen-
ses commendatitias dedit. In vrbe Vosuqui Christiani
visuntur aliquot: in ijs noster hospes in primis CHRIS-
STO deuotus, & probus. Is non paruo nos affecit sola-
tio, cum totam precationum suarum nobis rationem
exponeret. Ea erat eiusmodi, vt orsus à summo Pontifi-
ce cæterisque Ecclesiasticis ordinibus, & regibus
Christianis; ad vniuersos nostræ Societatis homines, sed
nominatim ad vnumquemque nostrum, qui versatur
in Iapone, descenderet; tum pro conuersione ethnico-
rum, sed regis Bungii præcipue, supplicaret: longam in-
de pertexuit seriem petitionum, certis in singula rerum
capita obsecrationibus distributis: tam copiose præter-
ea de contemptu mundi, tam scite de alliciendis ad Chri-
stum Iaponijs proceribus disputauit, vt eius pietatem
vehementer admirati fuerimus. Quid multa? nostram
vicem Doctoris officio functus est. Nos Funaium inde
reuertimus. Funaiio Meacum versus iter intendimus, ma-
gno neophytorum numero nos ad passuum tria millia
prosequente. Verum aduersa tempestate Funaium re-
flecti sumus omnino ter: cum ipsi palam neophyti fate-
rentur, se nobis contrariam à Deo nauigationem enixe
precarari, vt apud se Natalem Domini Diem festum age-
re cogeremur. Spatium id fuit mensis vnus: quo tem-
pore non destitimus vicinis locis verba facere ad inco-
las; & hospites nostros ad CHRISTI fidem & cul-
tam suscipiendum hortari; cum ipsi quoque Bonziji e-
mentiro corporis habitu se mulierum cæcibus inseren-
tes, clam ad nos audiendos accederent, ijdemque à suis
popularibus proditi, ac disputationibus nostris Domi-
no adiuuante conuicti facile cederent, per eos dies To-
nus ad Christi ouile aggregar' est, insigni nobilitate vir,
ingenioq; præstanti. Iâ Natalitia Domini aderant: ijs in-
gredi Christianorū gaudio celebratis, deuotio soluimus, &



vento secundo ad insulam nomine Hiu sane haudqua-
 quam securi peruenimus. Sauebat maiorem in ma-
 dum mare: parua erat nauis: vectorum mita collauit
 Lunam, Solem, ceruos, aliasque belluas vario ritu ad-
 rantium. Merum augebant praeterea in oculis nobis
 recenti aliorum naufragio reliquiae & sarcinae fluui-
 tes. Verumtamen nos Dominus, quo nitebamur rati-
 eius quam diximus insula portum, leucas a Bungo qua-
 draginta perduxit. Eius circuitum insula passuum milia
 patere millia ferme trecenta. Quattuor in regna diuisi-
 tur, oryzae ferax. Locus autem ipse, ad quem Iomas ap-
 pulsi, Fore, gentis vocabulo nominatur. Ibi aliquos re-
 perti Christiani, qui Euangelium in vrbe Meaco pe-
 perant. Ex ijs quidam in primis honestus, continuo nos
 gratulabundus inuisit: noctemque totam apud nos
 duxit, alijs nullis nisi de benignitate diuina sermonibus.
 E quidem nullum adhuc vidi tanta vel auctoritate, vel
 prudentia, vel cognitione veritatis Christianae lo-
 quentem. Filium annos undecim natum egregie precor-
 indolis, cultui CHRISTI dicauit. Reliqui eius doctri-
 stici eximia sanctitate & religione sunt omnes, sed
 praecipue, quae ventrem ferens, & quidem proxima no-
 tui, vt audiuit CHRISTI sacerdotes adesse, impo-
 to gaudio elata, postridie confestim ad nos, an-
 liberis comitata, bene longo intervallo se conuulsi-
 boque Dei refecta, vespere cum suis domum reu-
 caque ipsa nocte peperit filium, cuius renuntiam di-
 culo mihi ad nos. Dies octo ibidem commorati, secun-
 colis conuersis ad CHRISTVM, eadem nauis nauem
 (nam eo vsque erat conducta) sexto die prouocamus,
 qui portus in itinere medio sese offert Sacaium & Sigo-
 perentibus. Hyemis initium erat asperissima: iugis
 tium niue cooperta, quae assidue cadebat densa, vt
 iam tum experiri liceret, inter eius regionis & aliorum
 frigora quantum interesset. Ibi quod nullam se cuius
 maioris formae nauem inuenimus, paruum nauem
 coacti conducere, per infesta piratis loca (intercun-
 iore frigore, an metu) quem petebamus portu benefici-
 Dei

Dei tenuimus. Sacaium inde peruentum est, cum quidē
proxima nocte incendium eminens apparuisset nobis,
quo mille circiter vrbs eius tecta conlumpta sunt. At-
que vt nos aduentare cognouit ex optimatibus quidam
Christianus, nomine Sanctius, certos homines obuiam
militibus instructo maiore nauigio, in quod ē nostro
myoparone transcendimus, ad eumque perducti libera-
liter admodum & amanter excepti sumus. Domum ha-
bebat peramœnam in vsus hospitem atque aduenarū
intra ædium suarum septa more patrio separatam ac
propriam: eam nobis ad diuersandū assignauit. Ibi post
quietem, nobis affuit illicō Sanctij ipsius vxor & liberi
(quod ex ipso congressu facile apparuit) admodum in-
genue & liberaliter educati. Horā circiter iucundē fuere
nobiscū: inde recepere sese. Ac Ludouicus quidē Froius,
quā ita omnino statuerat, postridie bene comitatus Mea-
cum iter intendit: ego remāsi, vt negotijs quibusdā expe-
ditis, sine mora subsequeretur. Ille cum ad oppidū Ozaquā
vexere processisset leucas à Sacaiō tres, ea ipsa nocte flā-
mis ædificia illius oppidi nongenta deleta sunt. qua re
perterriti neophyti, qui Froium deducebant, veritūque
ne quid illi ab oppidanis incommodi accideret (quod
nostri nominis fama iam valde percrebuit, rumoribus
improbissimis dissipatis, nos vrbium clades & exitia cir-
cumferre) patrem ex vrbē quā occultissimē tectum
eduxere, eoque ipso die tanta vis niuium celo delap-
sa est, quanta his annis quinquaginta nunquam. Ven-
nit tamen Deo adiuuante ex hisce difficultatibus Mea-
rum Froius euasit incolumis. Ego è frigoris, quod in-
tinete pertuleram, acerbitate, in magnos inci di corporis
dolores, qui me quinque circiter & viginti dies adeo ve-
rauerē, vt pæne confecerint. Eo autem toto tēpore San-
ctius in me curando planē paternam assiduitatem ac di-
ligentiam præstitit: eum & nocte ipsemet cum duobus
indusve ministris ægrotanti mihi sedulō adstaret ex-
cubaretque, & vxor ac filij subinde me amicissimē at-
que humanissimē inuiserent. Neque verò medicus de-
fuit præstanti cruditione Christianus. Conualui deni-
que

que Dei beneficio. Et quoniam ad ingrediendam in
nondum suppetebant vires, erantque nonnulli, qui me
audite cuperent, interea prædicare Euangelium in
credidère octo, baptizati que sunt, ad quos inflamman-
dos excitandosque, Sanctij quoque & filiorum spe-
pictas & ardor animi, ut puto, non mediocriter val-
Per eos ipsos dies Sanctij filia venit ad me, nomine
nica (grandiori natu scemina prosequente) fuisseque
precibus coram Deiparæ Virginis effigie, quam fecit
mecum in itinere consuevi, ad me verba fecit in eade-
tentiam, ut diceret, se quidem summa Dei benigne-
Christianam esse: & eiusdem CHRISTI, Virginis
Matris instinctu decreuisse iam pridem virginalem
tam ad mortem vsque traducere: quin etiam illud
certum fuisse, tondere comam, quod apud Iapones
licti seculi susceptæque vitæ seuerioris iudicium
à Sanctio patre contendere, ut se in vilibus ministerio
pro mancipio haberet in posterum: nunc autem in
se (nimirum suis peccatis id postulantibus) se auaritia
suo à parentibus esse desponsam superstitioso in
homini, & falsorum Deorum libros, Bonariorum
dies noctesque peruolutanti: præclare intelligere. Ego
to id cum salutis suæ periculo futurum esse: petere
petere à me & orare, ut Sanctium patrem ab ea me-
deducerem: se valde confidere, CHRISTO frater-
rem omnem feliciter esse cessuram. Ego, collaudans
ellæ consilio, primum admonui, ut secum repa-
iam atque etiam, se tenera esse admodum ætate (tunc
decimum agebat annum) necdum expertam vacuæ
monis artes insidiasque, quas ille ad tam ardua
bus tendere consuevit. sane, si ad extremum usque
tum in virginali castimonis persistisset, ingens
um à CHRISTO Domino lauram in cælestibus
offendisset, enimvero & sibi met detrimentum, & pa-
bus nobilissimæque familæ magno futuram esse de-
cori. Quocirca si robur haud sentiret sibi inesse: ratio
certamini par, nubere satius esse, non tamen auaritia.
Tum illa, Christi fratrem auxilio sperare se dixit. Adde

ipsa, & de inimico generis humani victoriã: sese periclitandi causa quid in eo genere posset, triduũ totum, & quidẽ magna eum animi sui voluptate atque læticia per inedia trãlegisse: itaq; statuisse apud animum suũ, qui in coicunio & vires & solatia sibi suppeditasset Iesus, eundẽ sibi ceteris omnib⁹ in difficultatibus affuturũ. His ego auditis, tam pium eius propositũ admiratus, hortatusque etiam atq; etiam, vt vigilaret in retinenda constantia, virginem à me dimisi. postridie Sanctium alloquor, filix voluntatem expono, doceo matrimonium illud tribus maximẽ de causis esse nefarium. Primum quod vir sit ethnicus, & colendis Idolis adprimẽ deditus; deinde quod Monica auũculus; postremò qđ ipsa repugnet & renitatur puella. Ad hæc ille; neminẽ esse tota vrbẽ Christianum, quicum filiam matris possit honestẽ coniungere; perditum idololatram per eam occasione facillẽ ad CHRISTVM posse conuerti; denique sibi non esse iam integrum, quippe qui conscijs principibus ciuitatis, homini in primis opulento potentiq; filiam enixẽ cupienti desponderit: vereri se, vt inimicitias & inuidiam sustinere possit, si rem inchoatam, ac parũ confectam, repente reuocare nitatur. quã cum ita sint, tamen quoniã id matrimonium saluis Christianis legibus cõtrahi nequeat, se omnino, quicquid ego velim, esse facturũ. Laudauit pietatem hominis. Ille perturbato in presentia recessit animo: sed mox, vt est vir egregiẽ prudens, Deo ducte ac præsidente, incestas nuptias mira lenitate discussit. Neque ego interea desisti Monicam salutaribus præceptionibus instituire. quas illa cum & eximia quadam animi submissione, & magna gratiarum actione semper exciperet, prisceas illas mihi Virgines reddere videbatur, quas optimo iure Catholica Ecclesia ob excellentem virã sanctimoniam in numero cælestium collocauit. Est autem puella maiorem in modum solitaria & precationibus dedita: cubiculum habet remotũ ab omni domestico strepitu, cum signo Crucifixi & spiritualibus libris, quibus, vt est legendi scribendiq; bene perita, dat operã. Frater eius est Vincentius nomine, annos circiter

vnde

vndecim natus. Is, percussanti mihi, quem sibi modum
 statueret amoris in I E S V M Christum Deum suum
 Dominum; vt sanguinem (inquit ille) ipsius causa pos-
 fundam, & quamuis minutissima in frustra dillectus, et
 Christianum esse profitear. Interim ego iam firmior
 peram esse. Itaque nostrorum monitu, qui Meaci veni-
 tur, ethnicum quendam adire conficui in Sacianam
 finibus eo tempore commorantem, cuius auctoritas
 opes in vrbe Meaco magnæ esse dicuntur. Ad iter pe-
 bus conficere me Sanctius nequaquam est passus. nam
 & longius erat, & ego vires nondum planè recepissim.
 Lecticam ab eo sum coactus accipere cū lecticius duo-
 bus admodum leuem, commodè sedētis hominis dum-
 taxat vnus capacem, quadrata forma, fenestellis ad li-
 tus additis, quæ ab insidente aperiri claudique ad libitum
 possint, quo maximè vehiculi genere vniuntur nobilibus
 ornatu magnifico, & opere quàm elegantissimo. Sic
 tur ad eum quem dixi dynastam alieno ministro dū-
 ror. Scribam habebat Christianum apud se: cuius be-
 ficio nobis & facilis ad eum patuit aditus, & de rebus di-
 uinis agendi benignè potestas est facta. Comes erat mi-
 hi Iaponius quidam in eo genere in primis exercitatus.
 Is cū de vanitate plurimum Deorum, de Iaponicæ super-
 stitionis origine, itemque de vno rerum omnium opti-
 ce & cōditore vero Deo disserteret, (auditores autem
 erant præter Dynastam viginti) eosque ipsos stantem
 iudices, vter cultus verior esset existimandus, inquisi-
 parebat omnium approbatio: scriba verò gaudio com-
 phare, quippe qui Christianam religionem ante habere
 rat. & cū omnes eo sermone commoti, tum tres præci-
 puè nobis aures deinde sapius præbuere, baptizati
 sunt. Sed quia cognoueram eo ipso tempore Galatiam
 Vilelam esse Imoti, quod castrum leucas distat ab vrbe
 Saciao sex, reuersus ad Sactium, dixi, discedere potuisse
 statuisse me. Tum ille, quoniam quidem mihi adus cre-
 tum esset, velle se, ait, nonnulla mihi è suis thesauris ob-
 dere. Ritus est Iaponiorum, qui quidem nobilitate et
 diuitijs præstant, hospitibus paulo honoratiores in
 dignitas

digressu benevolentiae causa praebere spectanda, quae apud se pretiosissima sunt. id est, omne instrumentum necessarium ad potionem herbae cuiusdam in puluerem redactae, suauem gustu, nomine Chia. Est autem modus potionis eiusmodi, pulueris eius, quantum vno iuglandis putamine continetur, conijciunt in fictile vas, eorum genere, quae porcellana vulgus appellat. Inde calenti admodum aqua dilutum ebibunt. Habent autem in cosius ollam antiquissimi operis ferream, figlinum, poculum, cochlearia, infundibulum elucendo figlino, tripodem, foculum denique potioni calefacienda. Haec igitur lapionum est gaza, nec sane apud eos minoris, quam apud nostros homines annuli, gemae, & carbunculis atque adamante monilia. Sunt etiam periti earum rerum affinatores atque proxenetae. Puluis autem ipse magno admodum pretio venit, eiusque propinationem solennes praecedunt epulae. Quinetiam certae aedium partes dicantur hisce conuiuijs, quarum est mira mundities, nec in alios patent vsus. Postridie igitur me per nuntium accersit Sanctius, cuius est cubiculis per angustam admodum ianuam cum neophytis duobus in xystum edueimur. Inde scaez nos excipiunt cedrinae, admirabili quodam artificio elaboratae, eademque ita purgatae mundaeque, ut nunquam ad eam diem calcatae pedibus esse viderentur, per eas in atrium ascendimus. inde arcto aditu in cenaculum ducimur conuiuio destinatum, vsque adco egregio perfectum opere, ut hominum manu fieri potuisse vix credas, pars erat eius cenaculi armarijs instructa more nostro. Stabat et creta nigerrima forulus vineae ambitu; ipsa nigredine (quod mirere) splendorem aequante lucidissimi speculi; olla tripodi ad modum eleganti superimposita, pulchra ad aspectum, quam dixit mihi vnus est neophytis, optima conditione sexcentis aureis coemptam a Sanctio, sed reuera multo pluris esse. Interea mensa nobis apponitur, non tam ciborum varietate (quos terra ipsa non fert) quam genere ministerij, & munditijs elegans. Eximia est enim gentis in conuiuiorum apparatu solertia. Nullus praeterea

terea quamvis in maxima discumbentium multitudine strepitus, vix hiscere famulum cernas. omnia ad modestiam & gravitatem mirè composita peracto prandio nixi omnes genibus (nam hoc apud Iaponios Christianos in more positum est) Deo gratias egimus. Tum Sanctius potionem quàm dixi Chia, sua ipse manu missa nobis atque porrexit. Deinde suppellectilia, quæ in arca erant, exposuit. In ijs ferrum tripodem exiguum, paulo plus dodrantis circuitu, ad sustinendum olla, cum aperitur, operculum. Eum ego tripodem arreptans manibus, quòd vetustate rimas ageret, ferruminatum duobus locis offendi. Ac nihilominus aiebat Sanctius eum in primis nobilem esse Iaponis totius, sibi quæ exstitisse mille & triginta, quamvis eum ipse loti plus faceret. Porro hæc instrumenta sanctius regumensis inuoluta conduntur arculis pretiosis. Alia præterea minimè vilia dixit mihi Sanctius in præsentia non ostendere se, quòd ad manum non essent, verum in reditu prælatum. Quæ vobis æstimationes minus à vero esse videantur, si reputetis id quod res est. Meæ esse quendam ex principibus civitatis, qui vasculum fide ad vrceoli magnitudinem, in usum eius quam dixi, portionis, aureorum triginta millibus æstimet: omnino carius, sed certè multi non deerunt, qui decem millibus cum eo libenter decidant. Nam quæ in quatuor, quinque millibus æstimentur, idque frequenter commercio, alia vasa plurima sunt. Atque cum gladijs quibusdam est eadem apud Iaponios dignitas. Iamque profectionis instabat hora. Salutata igitur voce Sanctij & liberis, in suburbanum quoddam, tenaculo de more præparato, deducor ab ipso Sanctio, eiusque filio, fratribus, & cognatis, & neophytis aliquot egresso corporis cultu, quòd ad honorem meum id pertinet, arbitrantur. Ab eo comitatu digressus, ad amnem deuenio nauigabilem hora post Solis ortum tertia, ab vrbe Sacao nouem millia passuum. Præstolabatur ibi me duo nauigia, quæ nobis Christianus vir, Imorensis castri promarius, factus de profectione mea certior, ad tempus occu-

currere iusserat. quorum in altero filius erat ipse, duodecim circiter natus annos, in humero scelopum gerens, virili plane ac militari corporis habitu; in altero large & copiose exstructa cibaria. Is, ut me ad conscendendum iuravit, continuo mihi mandata parentis exposuit. ignoscerem sibi, quod ipsemet obviam mihi non prodisset: se id cupisse vehementer, sed quod recentem hospitem Gasparem Vilelam sibi deserere non liceret, vicarium eius officij misisse filium, qui me domum usque perduceret. Ad montis radices in quo summo castrum est positum, aduerso flumine sub occasum Solis delati, quod arduus admodum & asper ad iugum usque restabat ascensus, descendenti mihi praesto fuit lectica: & quamquam accelerantibus gradum lestiticarijs, circa medium cliuum oppresere nos tenebrae in sylua cedris & pinis ingentibus frequentissima; sed opportunè obviam habuimus è castris, cum accensis funalibus homines: quae res ad itineris difficultatem leuandam non mediocriter profuit. Denique oppidum intrauimus, magna cum Gasparis Vilelae, tum hospitis nostri ac familiaris voluptate. Castrum est totius regionis huiusce munitissimum in Mioxindoni ditione, qui rerum ferme potitur hoc tempore, ibique cum fidelissimis habitant, qui magna ex parte Christiani sunt. Ij postero die cum animarum sordes per Confessionem eluere cuperent, ad rationem, quae bis habebatur quotidie de Sacramento penitentiae, conuenere vestitu serico versicolori, inauris sermè praecincti pugionibus, & quidem tanta nobilium hominum reuerentia, ut eos plerumque matibus humi positis perinde alloqueretur ut reges. Crux ante domi nostrae posita; haec vbi suppliciter adorant, Gaspare magna demissione salutato, aures admodum attentas Dei verbo dedere. Inde multa seiscita quae pertinerent ad refutanda Genxuensium mendacia, quod hominum genus & secta, laponicatum omnino vehementissimè Christianae religioni aduersatur) itaque alij alia percontati, cum Gaspar ad omnia respondisset, ibi digressi sunt. Postridie Confessionum initium est factum.

factum. quo in opere Gaspar hebdomadam positam
 uimus etiam salutandi causa Regem, quod simul
 tannis Gaspar facere consueuerat. Ille uero nos
 poculum modò porrexit (quod summum hœc
 dicium est) sed etiam, quamdiu apud eum fuimus
 æquè ac nos genibus perstitit, ac uerbis humanis
 trunque dimisit. Insula est passuum mille & quing
 rum fermè circuitu ad montis eius radices, quam
 dis ambit fluuius, & in ea templum Christianæ
 consecratum. Hanc possidet præstanti fide nephy
 & miro incensus desiderio nominis Iaponici
 CHRISTVM adiungendi, qui, ut eadem sacra
 be Sacraio ædificandam curarem, non modò me
 rationibus adhortatus est, sed etiam Caxarum
 genus id est) in eos sumptus quinquaginta millia
 liter detulit. eoque subsidio rem aggredi nobis
 nimo. Ad hanc igitur insulam missæ celebrandæ
 Sabbatho sub uesperum uenimus. Templum pro
 tenuitate exornauimus in posterum diem. Tum
 luce Christiani affuere: Gaspar diuina peracta
 trimonij Sacramento sermonem habuit, quod
 cuperent nuptias Ecclesiastico ritu contrahere. B
 ti sunt etiam nobiles ferè octo. Inter que me
 gore tormina corripuere acerbissima. Meacum
 Gasparis hortatu delatus æger decubui mensis
 Exacta dein hyeme, ut cœlû intepuit, recreatus,
 ca Meacum sunt Christianorum loca, quod ita
 Turrianus mihi mandarar, lustrare constitui, de
 ad uos pauca perferbam, quoniam quidem
 res Meacenses è Ludouici Froij epistola cog
 Naram igitur ueni, primùm, dici uisus in
 ditionis est Daiondoni inter Meacenses pro
 potentissimi, & apud Mioxindorum atque
 tia & auctoritate summa. Neophytos è
 te duos adij protinus, hortatusque sum, ut
 mi beneficium agnoscerent, & immortales
 no gratias agerent. Illi me ad præfectum
 xere munitissimam, aspectuque pulcherrimam.

erat præcellus è lapide molliori. Eum collem ante quin-
 quennium Daiondonus fabris adhibitis ad iustam pla-
 nitiem ita depressit, vt eadem opera ex ipsomet lapide
 solida turres & propugnacula existerent. In medio au-
 tem complures effodit puteos negotio facili, quippe cū
 ad tertium statim cubitum, aquarum copia scaturiret.
 Tum illuc è popularibus suis ditissimum quemque ac fi-
 delissimum euocauit: solum in areas descriptum illis æ-
 dificandi causa distribuit. Illi porro certatim ædes ex-
 struxere magnificentissimas, contignationibus multis, &
 more nostro specularibus fenestris instructas. Illud ve-
 rò præcipuè delectat intuentium oculos, quod non pri-
 uata solum edificia, sed mœnia etiam ipsa turrestq; tecto-
 no inductæ sunt læuissimo prorsus ac nitidissimo. Nihil
 in orbe nostro tale conspexi. Calcem quippe non arena
 commista, sed candidissimo quodã chartæ genere subi-
 gunt. Nam quid ego de tegulis dicam, quæ duorum di-
 gitorum crassitudine, nigricantes, & varietate figurarū
 oculos retinent, & in quingentesimum annum atque eò
 amplius durare dicuntur? Oeci porro & cubicula cedri-
 na sua gratissimi odoris, pergulæ omnes ex vna dunta-
 taxat eiusdem materiæ tabula, parietes pretiosè eglati pris-
 tina annalium monumentis, quod inter effigies est spatij,
 horum id inauratum est. Columnæ cum epistylijs ac spi-
 ritibus ex aurichalko item inauratæ, calatura magnificæ, qui-
 bus è medijs eminent eiusdem operis rosæ per amplæ, vi-
 que pulcherrimæ. Iam verò lacunaria tum alijs com-
 plicatis opificum, quæ dicendo assequi nequeo, admira-
 tum verò tabularum iuncturis adeo artificiosè la-
 ptebus, vt quamuis defixos fallant obtutus. Sed mihi
 hæc cetera mirabile visum est cubiculum vinarū qua-
 tuersus quattuor & semis, è ligno croceo vndatim
 resonante, venustatis eximia, ita polito ac splendido, vt
 speculorum fulgore certet, quamquam ego dotem
 ipsius materiæ fuisse minimè credidi, quod ad eum
 modum sine aliquo artis lenocinio radiare vix posset.
 Hæc ædium dignitati hortorum responderet amœni-
 tibus di ci nihil puto posse iucundius. Multa sunt

m

Mecæ

Meaci visenda, sed nihil ad hæc. Itaque non immerito
 cus hic confluentibus vndique animi tantum & oblecta
 tionis causa viris principibus celebratur. Nobilissima
 na sunt etiam, quorum vnum Cobucui nomine, post
 cionem ad neophytos habitam a diuimus ipsorum
 postidie. Eius propylæa triplici constant arrio cum
 tidem peristylis. In primo aditu egregij sunt opera
 deg sealæ, quibus in summis, ad postes ianua, colossi
 præclare facti cernuntur, clauas, quasi custodiam
 nentes, post tertium deniq; peristylum, templi sese
 es aperit. In id gradibus item lapideis artificiosè factis
 census est. Valvas colossæ leones duo custodiam
 dio templo, sedentium habitu, septenium cubitorum
 signa sunt posita, Xace & filiorum, latera ipsius cingunt
 Pavimentum omne est e quadrato lapide. Sed præcipue
 præcipue sunt columnæ septuaginta cedrina, diamet
 & altitudine planè visenda, quarum singulas caxarum
 cies, hoc est aureorum quinque circiter millibus
 tisse, codices & rationes templi testantur. Eas cum
 quis parietibus valde iucunda miniati operis pictura
 uesit. Tectum eo quo dicebamus tegula genere a
 & variè laqueatum, ad vlnas quattuor porrigitur
 parietes, mirum vt videatur tantæ molis procurres
 dus sustineri ac suspendi posse. Ad templi latus curia
 Bonziorum sanè magnifica, & eadem qua templi
 sum structuræ atque operis firmitate, vlnas in longitu
 nem quadraginta, duodecim in latitudinem emittit.
 Dormitoria porro cubicula in duos diuisa ordinibus
 tum & octoginta numerantur. Multi præterea boziorum
 pli sunt Occi, quorum vnus pensilis, columnis quatuor
 & viginti, vlnæ vnus & dimidiata ambitu super
 situs, bibliothecam continet Bonziorum, tanta quæ
 librorum copia, vt vel fenestras ipsas propemodum ob
 struere videantur. Balnea præterea, & cella in vno do
 mesticos, & promptuaria visuntur artificiosè facta
 rata. Iam verò culinæ quanta mundities, quod et lap
 niorum omnium cõmune est, nihil arinet dicere. Ab
 na quibus aqua ad potandū calefit (frigida enim est
 yrem,

hyeme, neq; æstate bibunt) vlnæ altitudine, duorū digi-
 tum crassitudine, oris ambitu vlnarū triū, stant ex ere pu-
 nissimo. Culinā riuus præterfluit. Tota nocte, vt in ma-
 gnis ædibus (conclauia numerantur minimum quat-
 tuor & viginti) laternæ collucent. Ab huius templi ædi-
 ficatione sexcentismus iam annus est. Stagnum habet
 ante & vlnarum in omnem partem circiter quinquagin-
 ta plenissimum piscium, graui pœna proposita, si quis
 eos atigerit. Inde ad Calungæ delubrum accessimus di-
 eum idolo, à quo diuitias, honorē, vitæ diuturnitatē;
 & quicquid in hoc seculo est optabile promissum sibi
 cultores inani spe delusi, miserandum in modum aspe-
 ctant. Itaque magna in veneratione & honore apud In-
 dianos est. Ad euntibus, præter occurrit primum, aspe-
 ctu gratæ, herba non vltra dimidium palmum exerce-
 scite: præter excipit lucus, isque densissimus; hunc per-
 petua & æquabili ad templum vsque latitudine limes in-
 terlecat, passuum longitudine circiter mille, planus ad i-
 teruque medium: inde in cliuū assurgit lapideis gra-
 tibus vinas binas inter sese distantibus. Vtrinque admi-
 sta pinu cedrus extollitur tantæ proceritatis, vt meridia-
 no diei tempore totus pene limes opacetur: stipitibus ita
 crassis, vt ex ijs mali in vsum cuiusuis quamlibet capa-
 ces onerariæ nauis confici possint. Sanè cedros ex ijs vidi
 complures vlnarum quinque ambitu, rotunditate planè
 rotundati. Loci amœnitatem augebat præterlabens etiā
 vlnulus. Vt propius ventum est, duplex apparuit ordo pi-
 larum è lapide quadrato cum basibus, laterna superim-
 posita lignea nigricante cum emblematis ex aurichalco
 auratis & latisque magnificè, & lapideo tegmine tur-
 nato ad status arcendos ac pluuias. Aliæ trant later-
 ne è solido metallo, item auro coopertæ, opere admo-
 dum sumptuoso. ex vtraq; parte stant quinquagena, qua-
 singula omnibus ardent noctibus. Media autem pila
 vlnam ostentat aureis litteris incisum eius, qui delubro
 vlnam quamq; dicauerit, annua pecunia in vsum per-
 tui luminis attributa. Tum ingēs domus Bonziarum
 assurgit nobiliū fœminarum, quæ annū egressæ quintū
 m 2 & quæ

& quadragesimum, sese delubri ministerio mancipat. Student cultui corporis, ornatu serico, & maxime purpuratorum ex toto lapone religionis causa assidue confluunt, leuandæ sibi dant operam. Ex hac domo porticus admodum pulchra ad visque adyta continet phani, quo nemini pater ingressus, nisi qui ipsi ei antistites sunt, quorum vidimus aliquot intra fœdæ togis amplis è serico indutos, tectisque capta plus dodrantem altis. In eam autem porticum sacra iactantur à populo. Aliud est in eadem sylua deditum quod Fachimanum appellant, simile cæteris: sibi quoque laternarum est etiam pretiosior celatura, & aurum præcipua. Circa, est atrium candido & nigro stratum lapideis medicis confitum malis, ordine certo dispositis, magnitudine pari, in singulis interuallis vase lapideo circumdantes, iucunda rosarum & florum varietate constant. Inde, quod redeuntibus domum, minus nobis condeuium, phanum inuisimus aliud extra nemora porticus consecratum Idolo Daibut, quæ vox magna sanctum denotat virum. Huius phani frons ianuam habet, & vnâ præcipuam: atrij verò latera singulas, altitudinis atque amplitudinis omnes miræ. Patet autem atrium quadrata forma vnâ omnino sexaginta, quæ omnino iusmodi est apud Iaponios adificiorum & priuati publicæ ratio, vt quanta cuiusque mensura signum vltimum intuitu intelligas. In eius atrij medio est phanum vnâ longum quadraginta, triginta latum. Scæli quoque monumenta ex ingenti quadrato lapide: vbi portam vnâ vnâ formæ, quàm quos antea diximus. Duo præterea sunt ianitores ad latera, truci admodum aspectu, vltimumque tuordecim altitudinis, instat turrium, membrumque præclarè conuenientibus: alter Tamondea dicitur, alter Besamondes, quorum singulos vni celo prædilectum opinatur, calcantque pede singuli dæmonem. In medio templo tria sedent signa. Canon, & Xixi, parentem locum terlocant. Xacæ statua ex ære cyprio in amplâ & pulchra

quiescēs rosa, quatuordecim vlnas latitudinis obtinet:
 reliquæ duæ nouenas, lignæ, sed omnes affabrè admo-
 dum auro intectæ, radiis tanta claritate micantibus, vt
 iuuentis aciem pæne perstringant. post hæc, alia duo si-
 mulacia cernuntur; Homocondis, & Zoiolis (quibus et-
 iam maiorum præfectura vulgo tribuitur) superioribus
 omnino similia. porro ex vtraque templi parte pulpitu
 cernitur, ea est quadriforis mansio, parietibus duarum
 vlnarum altitudine. Interius alia est eiusdem formæ do-
 muacula, in eius medio stat cathedra eximiæ maiestatis.
 Torum verò suggestum parua ambit operis egregij por-
 ticus, trium dodrantium latitudine. Iam verò lacunaria
 templi columnæ cedrinæ sustinent octo & nonaginta,
 mtræ altitudinis, æqualiter teretes, ambitu vlnarum tri-
 um & semis Templi conditi, septingentesimus annus est.
 Annis viginti exstructum perhibetur fuisse. Idem anno
 abhinc quadringentesimo conflagrauit, ac restitutum
 est denuo, sed nequaquam pari magnificentia materiæ
 quæ præstantia, quod ipsum indicant lapideæ columnarum
 bases ex incendio relicte, quarum amplitudo longe
 maiorem columnarum formam postulare liquidò
 cernitur. Iam verò extra peristylum templi, turris lig-
 nea firmo admodum opere ingentibus triginta pilis im-
 posita, tintinnabulum seu campanam sustinet æneam
 tantæ magnitudinis, vt eam dimensus præsentem me neo-
 phytus quidam, vlnarum os duarum, sex ambitum, tri-
 um & semis altitudinem; æris verò ipsius crassitudinem
 dodrantis vnus dimidiatique compererit. suauissimum
 est sonum, exauditurque longissimè. Qua templi pa-
 rietes, itemque vrbe tota, & circa urbem passuum
 duo circiter millia plurimi cerui & palumbes non
 modo vagantur impune, sed etiam tecta ciuium sub-
 iugant, attractante nemine, propterea quia delubro dicati
 sunt. Ac de phanis quidem huius vrbis & monasterijs,
 nihil longior, hætenus. Quæ postquam rogatu, vt
 huius, neophytorum inuisimus, postridie Nara Tochim-
 carum quinque interuallo veni sub vesperam, acce-
 pisse sum à Christianis incolis ingenti lætitia, credo
 quòd

quod Iaponij cuiusdam opera conuersi ad dominum, cum Gaspar plurimis maximisque occupacionibus impeditus eos adire non posset, nullum adhuc e Sociorum nostra conspexerant. Gens est fere nobilis, prefectus lebum cognatione attingit. Itaque vulgo cum ad cum minem, non nisi celsitudinem ipsius interloquendum appellare mos est. Triduum apud eos fui dumtaxat. Cunctio de fuit nunquam. Multa de quibus ambigerent linguas quaesiere: precationi vero mirum omnes quam dedit fuit. Digredienti autem mihi non modo munuscula quaedam obtulere benevolentiae causa, quae, ne se contentos putarent, recusare non potui, sed etiam equos & exploratores itinerum peramanter dedere. Itaque Sauam, sed a Tochi leucas, iter intendimus. Id castrum in celeberrimo positum iugo, leucas a Meaco viginti distat in orientem, situ amoenissimo, quippe omne circa spatium cum aliarum formosae varij generis arbores, tum cedrus praerima pinusque conuexit: & inde in subiectos agros agrorum me consitos frequenterque adificijs atque cultoribus, ad passuum millia circiter sexaginta prospectus est. Huc equum tendimus, medio ferme itinere, stratos equos ducimus & quidem optimos nullo fessore conspiciamus, sagittas fere quindecim comitantibus, quos nobis Christianus omnes, Christianus ipse dominus loci Franciscus miserat. Igitur Tochianis domum remisit, & gratulante nouo comitatu Sauam magna Christianorum voluptate peruenimus. Franciscus autem ipse, ut iam scripsimus exciperet, simul etiam, ut nobis occurreret in itinere, venatum ex oppido excesserat eo ipso die sed in agro ibi circum non incidit, quod opinione celerius ambulauimus. Sauam porro diuertimus ad eadem Christianorum societatem, cui coniuncta domus est Socijs nostris eximie comites dederunt, e credina fere materia opere regio fabricata. Hanc etiam porticus ambiunt, longissimo, ut dixi, gratissimoque prospectu. Sub noctem Franciscus affuit magna cum domesticorum & clientum manu, apertum ingentem afferens, non sine magno quidem labore

quæsitum & impendio, quippe non canes modò, sed etiam quosdam homines fera malè multauerat. Pictam in templo Christi resurgentis imaginem, quam è nostro effingendam exemplari Franciscus egregij artificis manu curauerat, nixi omnes genibus pia cum prece venerantur primùm venatorio nondum ornatu deposito: deinde me perbenignè salutat Franciscus, agitque gratias quod ad se tam longè contenderim; tum, veritus credo ne mihi fessio de via molestus esset, magna cum amoris humilitatisque significatione se domum recepit. Vir est inter populares suos corpore simul & animo eminèntissimus: nam & statura Iaponijs quotquot vidi ad hanc diem omnibus antecellit: & eximia humanitate atque animi magnitudine præditus est. Accedit summa cum in armorum vsu dexteritas agilitasque membrorum; tum Iaponicæ superstitionis legumque peritia: quod ille studiùm cum ad veritatem religionis Christianæ transfulerit, tantos breui tempore processus effecit, vt Dei magnitudinem assiduè prædicare, cæterosque ad virtutem exemplo vitæ, plenisque pietate sermonibus incitare non desinat. Sanè ego eum ex abdito quodam loco exaudiui cum ad domesticos aliquot, quorum erant ethnici nonnulli, de fide Christiana disliceret, docerèturque quantum inter patria Idola Deumque verum interesset. Qua in disputatione, elatus ardore animi, eò deuenit, vt diceret, nò modò fidelis ministris, sed ne hominis quidem loco, qui Christianus non esset, posthac neminem apud se futurum. Atque hæc viri fides religioque eò admirabilior est, quòd vix ante annum ad Christum adiunctus est, eumque semel tantum à Baptismo Gaspar inuist. Castrum est Sauæ finitimum, cuius qui potitur à Daiondono reges desciuerat. Hunc quamquam magno proposito periculo nò dubitauit adire Franciscus, nobis qui Sauæ remanseramus, enixè Dominum pro ipsius incolumitate precantibus: tantaque prudentia tractauit ingenium rebellis, vt quocumque voluerit flexerit hominem, eumque Daiondono, cuius in ditione sunt ambo, reconciliauerit. Magnam Sauanis læticiam attulit ea res, pacem

optantibus. Nec modò secularia procurauit. Franciscus, sed etiam nactus occasionem, Euangelio promulgato & Iaponicarum opinionum vanitate detecta, priores quosque eius loci viros desiderio Christianae religionis accendit. Paulo post, aliam dynastiam cepit ethnicum, eumque cum familia tota conuenit paucis ante diebus Baptismi Sacramento Ecclesiae iuncti sunt. Postea legatus ad Mini regem, duos egregios proceres ad Christum eadem felicitate traxit, quo ego cum exclusus temporibus baptizatus. Itaque non parum ad Gasparem scripsi Meacum, ut aliquem eius in causam ad illos mitteret, quòd eorum Baptismus ad Christianam religionem augendam non mediocriter pertineret. Atque haec & alia id genus multa Franciscus Norontem Saue & conciones, & priuata colloquia de rebus uinis habuimus, & varia sciscitantibus incolis facta est satis. Baptizati praeterea nouem: in ijs claro admodum loco natus adolefens, qui de Christianae religionis mysterijs à populari quodam neophyto edoctus ad Sauiam usque leucarum decem interuallo Baptismi causa venerat. Dum haec geruntur, affertur ad nos nauem portu Sacaiano stare paratam: quam ego ne occurrere amitterem, quamquam moerentibus digressum in conuicinis, inde discessi. Et quia Sacaium petentibus praeterea quaedam loca erant praetereunda, Franciscus non modò necessaria nobis ad perfectionem omnia, sed etiam telis alijsq; telis armatos quattuor & viginti contulit, nec omnino quicquam est passus nos impendere. Compenset Dominus egregiam hanc in nos uiri benignitatem. Vos uero carissimi fratres pro salute Dominum assidue deprecamini. Sacaium uero ingenti gratulatione me Sanctius eiusque domus excipiunt. Triduum subisti dum nauis solueret, nec interea neophytos confirmare, officijsque potere destitimus. Cognoui etià Monicæ uirginis in hoc consilio constantiam: quæ ab alio quodam Meaceni proceri non mediocriter expetita, oes conditiones animo ex toto repudiabat. Sed cum iam hora perfectionis instaret,

Imorensis oppidi Princeps, qui magna virorum nobilitate manu Sacaium ad me salutatam accesserat, itemque e Sacaiano grege Christiani primarij nos viatico instructos, honoris causa ad nauem vsque deducunt, nauarchoque commendant diligentissimè. Comes verò navigationis nobis magno Dei beneficio accessit Sacaianus medicus eximia eruditione atque existimatione vir, qui à superstitionibus patrijs conuersus ad Dominum, non modo communis officij laudem, verum etiam Euangelice perfectiõnis culmen expetiit; seculoque plane relicto, se ad nostram Societatem aggregare decreuit. Itaque vt profus exiret de terra sua, & de cognatione sua, rogauit me, vt in Bungum, aliove se mecum adducerem. Celsi facillè hominis precibus, iussuque omni patrimonio cedere filio item medico, pretiosum dumtaxat organum corporis retinere, quò facilius nobis ea ratione ad Iaponios principes, qui externa fere specie ducuntur, aditus patefieret; ad Cosmum Turrianum inde perueni, cuius mandato, ingenti neophytorum approbatione concionari iam de rebus diuinis instituit. Idemque super in vrbe Sacaiõ tam sumptuosè indui, & tanto comitatu incedere solitus, mirum quanta nunc humilitate, quanta mansuetudine versetur in domesticis ministris apud nos. Verum ad rem redeo. Sacaij conscendimus circa Idus Maias, & Funaium die tertio decimo secunda navigatione peruenimus. Lectis nuntijs de re Measali, Ecclesia illa tota valde gauisa est. Quarto post die Iosiquim pertexi, vt regem inuiserem, à quo humanissime acceptus, petij acophyris id in primis optantibus, in templo ibidem exstruendo: ille verò non aream modo nobis ad mare secus arcem optimo situ, verum etiam fabros ad ædificationem libenter attribuit, quam speramus ad Christianæ religionis incrementum magno opere profuturam. His peractis Funaium redij: Funaiõ perueni octauo die Ximabaram, quò Cosmus Turrianus trigesimo circiter ante die Cochinoense transfulerat. Magnos ibi concursus offendi ethnicorum ad verbum Dei audiendum. Christiani facti pau-

eis illis diebus ad centum & octoginta. Tonus enim
 se, itemque separatim vxor stipata grege cognouit
 & ciuium, Cosmum Turrianum adire, & concionem
 cum aures praeuissent, magis etiam quam antea pro-
 so ac beneuolo in nos animo recessere. Tum con-
 nibus omnium Christianorum auditis, nauem
 duobus per amplius ipsorum opera comparatis, Co-
 nocum magna nos turba longè prosequente remig-
 mus. Et quoniam allatum erat, Ioannis Petri Lul-
 onerariam nauem appulsam esse ad portum humani-
 gni Facundam, leucas à Cochino quinque circiter
 & viginti; misit eò me Cosmus ad Lusitanos uisum
 eodemque Melchior Ficeredius quintodecimo post
 ad eorum confessiones audiendas, & sacrum missa-
 endum è Bungo peruenit. Hic dum uterque morantem
 me Barptolemaeus rex Omuram ad se per nuntios
 cat. Ego approbante Ficeredio me in uiam delecta-
 nio comite viro sectarum Iaponicarum in prima
 ro, nec Christianæ religionis ignaro. Aduentum
 Barptolemaeus, qui neminem ex nostris benedictio-
 differt, valde lætatus est, multa deinde percontatus,
 yereri se, ne familiares sui, & ij quidem quibus
 fidat, inter diuturnas bellorum occupationes Christi-
 doctrinæ rudimenta de discant, itaque renouata
 tione opus esse. A cœna igitur è domesticis suis
 rios euocat, iuberque arrectis auribus, nostrum
 nem excipere. Non omitam hoc loco quædam
 huius Regis Christianam humilitatem & pietatem
 clarandam magnopere pertinentia. primùm ad
 diu renitente ac repugnante me, peruenit de nocte
 co superiore quamuis inuitus accumberem. Sabbata
 sa, familiariter se inter me & Iaponum eorum
 locat, & studiosè docet hominem (to eum
 interprete) quam potissimum: in sententiam
 rum optimè norit ingenia, uerba facere oportet
 to deinde sermone, idem in inferiorem locum
 ac demissè in famulorum turbam eo sese con-
 pit, ut ipse exemplo suo demonstrat, quam

Euangelio, quantus Euangelij præconibus debeat. Ac
prima quidem illa disputatione ex ipsis creatis naturis
vnam esse omnium creatorem euidenter ostendimus.
Tum declaratum est, quæ Japoniorum numina, quis Chris-
tianorum Deus esset infinita bonitate, potentia, sapien-
tia præditus. Quæ illi cum stupentes audirent, magnopere
videlicet lætabantur, sese ab inanum Deorum vene-
ratione ad talis tantique Domini cultum esse traductos.
Reliquis verò diebus actum de cœlesti beatitudine, pœ-
nis inferorum, aliisque rebus eiusmodi, quas maxime
neophytis initio proponere consueuimus. Et sanè tali-
bus egeret monitis visa est mihi Barptolemai familia:
nam ipsius quidem Regis in fide constantia planè vicit
expectationem meam. Quæ viri laus eò maior est, quòd
necita pridem Christiana sacra suscepit, & eo ipso nomi-
ne à popularibus suis per summum scelus atque perfidiã
regno spoliatus, finibusque suis exactus est, vix vno sibi
relicto puero victus quotidiani administro. quanquam
deinde in regnum est diuinitus restitutus, rebellibus par-
tim supplicio affectis, partim, cum ad sanitatem redi-
rent, veniamque supplices percerent, in fidem receptis.
Ego dies aliquot apud eum commoratus, Facundam ad
Luhanos reuerti. Ibi redduntur mihi à Cosmo litteræ
ut ad se primo quoque tempore veniam, inde mihi ne-
cessario in Bungum esse proficiscendum. Cochino cum
ego traieci minimè tuta nauigatione, etenim nocte de-
terrum quendam ad portum appulso duo piratarum
masere myoparones, qui tamen præclare instructo
nauigio nostro, propugnatoribus acriter dimicanti-
bus reiecti sunt. Cosmus interea in febrim inciderat:
in simulatque leuatus est, in Bungum ab eo discessi,
in aliarum rerum causa, tum verò vt Ioanni Bap-
tiste nostro in eius Ecclesiæ procuratore succurre-
rem. Primo post profectionem die Ximabaram de-
cessit, Ariam Sanctium ibidem reperio in erudiendis
catechumenis occupatum. Et quoniam neophyti
magno concionum desiderio tenebantur, dies ali-
quot rogati ipsorum in eo munere posui. Candidatos
etiam

etiam aliquot Christianis præceptionibus probe infu-
 tos, sacro fonte abluimus. Tonum ego præterea, & de
 me vicissim inuisit, audijsque cum suis peratente des-
 bus spiritualibus differentem. Quin etiã cœmeterio Chri-
 stianorum, quod illi mirum in modum expectaban-
 cum idoneum, itemque nouo templo exstruendo, in
 alios etiam vsus, infulas tres excelsa confitas pinu bon-
 nè largitus est. porro grex ille neophytorum in primis
 flagrat studio rerum diuinarum, quod cum alijs etiam
 plurimis clarè perspeximus, tum illa præferim. Inha-
 bebant anniuersaria quædam ethnicorum festa ludis
 celebritatis eximia, ad quæ, vt apud nos ad Cosperos
 Christi solennia, omnes omnium ordinum homines
 ritu patrio conuenire consueuerant. Cum se Christiani
 æffuturos negarent, enimuero Bonzijs ceterisque magi-
 num facinus visum. Itaque Tonum aduentum, inuicem
 Christianorum queruntur, obsecrant etiam arguunt
 ne patrijs dijs & ciuitati vniuersæ, sibi denique ipsi
 tam inuri contumeliam sinat. Permotus hæc oratione
 Tonus, vocatos ad se Christianorum primarios dilige-
 ter hortatur, ludos ne deserant. Aiunt illi, se Christiani
 legibus prohiberi, spectaculis interesse, quæ idcirco
 tribuantur honoribus: proinde nequaquam assensum
 Ad ea Tonus, si minus idolis, mihi certe melius
 hoc date. Illi verò in proposito omnes obfirmant. Quod
 quid volueris, inquit, nobis facito, leges nolimus
 quaquam violare decreuimus. atque ita ab Tonum
 gressi, in templum sese vniuersi recipiunt, magnam
 fortiter expectantes. Et sanè (vt acri sunt & veterum
 Iaponij ferme dynastæ natura & ingenio) mirum est To-
 ni imperio cunctos non illicò fuisse mastratos. Sed
 fortalsè multitudine terretus, iussit illis renouitas, quo-
 niam in sua religione tam obstinati persisterent, quod
 attinet ad ludos, agerent quod probarent, se illos
 non cogere. Quare neophyti magnopere in fide peratente
 que cõfirmati sunt. E principibus ciuitatis Christianus
 quidam Leo nomine, Toni propinquus, nuper est ma-
 tratus. Is, quod ære suo templum additis liberalibus do-

his extruxerat, & Christianam religionem non modò
 contra cæteros ethnicos, sed etiam contra ipsum Tonù,
 ubi opus esset, egregiè tuebatur, Bonziorum scelere cre-
 ditur veneno fuisse sublatus. Hunc neophyti, vt mutuã
 inter se Christianorum caritatem publicè ostenderent,
 quam magnificentissimè extulère: feretrum cum Lita-
 nijs & precibus magnaque cereorum ardentium mul-
 titudine septingenti ferè neophyti sequebãtur. arca ves-
 pere condita est circumfusa serico. postridie lapideum
 additum est monumentum, & lignei circumquaque
 cancelli, Crucibus duabus, altera ad ostium septi, latera
 ad monumenti caput, impositis opere politissimo. Ita-
 que vulgò locus quotidie celebratur ac visitur. Verùm
 de Amabaranis hæctenus. Ego inde Funaium, mox ve-
 ni Facundam: ibi hæc scribebam ad vos septimo Cal.
 Nouembr. MDLXV.

LVDOVICI FROII AD
 Socios in Indiam.



NNO superiore, fratres carissimi, ad
 vos scripsi Firando, constituisse Col-
 mum Turrianum, vt Meacum suble-
 uandi Gasparis Vilelæ causa proficis-
 ceret, quod multa esset ibi messis, ope-
 rarij pauci; mihiq; comitem itineris
 ab eò assignatum fuisse Ludouicum
 Almeida. Nunc mihi, tam longa peregrinatione Dei
 officio peracta, visum est faciendum, vt ea potissi-
 mam per litteras vobis exponerem, quæ vobis cognitu-
 randissima putarem fore. Et quoniam totum hoc
 muneris ita inter nos ego & Almeida initio
 distribuimus, vt ille iter ipsum quæque in itinere gesta
 ego res Meacæses, & alia nonnulla de Iaponiorum
 moribusque probè comperta persequeret; omnia
 peregrinatione, ego quòd mearum est partium hisce
 litteris: vos autè maior videlicet huiusce gen-
 tis mi-